

## PIÈCES JUSTIFICATIVES

---

N° 1

*Breviarium secundum usum monasterii sancti Victoris  
Massiliensis... (1)*

(27 juin). In natale sancte Consorcie virginis.

F° CCC LV, col. 2, ligne 10..... « Lec. 1.

« Fuit vir quidem Eucherius nomine : genere senatorio : habens uxorem nomine Gallam : nobilibus ortam natalibus quos possessionem et divitiarum claros in seculo fecerat. Sed timor domini est initium sapientie, eos clarius exornabat. Cumque liberos non haberent deprecati sunt Deum et exaudivit orationem eorum dans eis filiam quam votivo nomine Consortiam vocaverunt heredem et propagatricem sui sanguinis habcre cupientes.

« Lectio II. Cumque eam in timore Domini informarent et illa in annis puerilibus posita animam habere cepisset ad consortium regni celestis secundum presagium vocabuli : ipsi occulta inspiratione vocante alteram filiam quam Tulliam vocaverunt.

« Lectio III. Factum est autem ut quidam juvenis illustris Aurelius nomine peteret a sancto Eucherio filiam ejus Consortiam in uxorem. Quod ille audiens inquit quam sponsam petis etatem habet : ipsa per se loquatur. Cumque in conspectum eorum adducta sancta Consortia super hoc interrogaretur non consensit nec negavit : sed oīnnia in manu Dei dimisit dicens : Sponsum habeo Christum qui me non derelinquet donec introducat me in thalamum suum. Quod juve- (2)

---

(1) Ce bréviaire est du commencement du xvi<sup>e</sup> siècle, il est conservé à la Bibliothèque Méjanes, d'Aix-en-Provence.

(2) La phrase est ainsi coupée sur le texte original.